

Memoria Viri-luvenis ... Dn. Ernesti Cothmanni, I.U. Candidati ... Dn. Johannis Cothmanni, Icti ... Filii desideratissimi, qui dum Giessae pridie Non. Frbruarii insperata quidem placida tamen & vere beata morte axtinctus 10. Calend. Aprilis dormitorio suo ibidem einferebatur, ne obliti esse viderentur qua virtute inter Rosas hasce Musis litaverat, aut inofficiosi in acerbissimum Magni Parentis luctum

Rostochi[i]: Kilius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77047666X>

Druck Freier  Zugang



3

MEMORIA
VIRI- JUVENIS
NOBILISSIMI ET PEREXIMII
Dn. ERNESTICOTHMANNI,
J. U. Candidati

*Magnifici, nobilissimi, & amplissimi DOMINI
DN. JOHANNIS COTHMANNI,
JCTI Famigeratissimi, Comitis Palatini, atq; Sereniss.
Ducis Mecklenburgici Consiliarii intimi & Cancellarii per multos
annos merentissimi, Hereditarii in Hinkenhagen, et.*

*Filiij desideratissimi,
qui dum Giessæ pridiè Non. Frbruarii insperata quidem
placida tamen & verè beata morte extinctus
10. Calend. Aprilis dormitorio suo ibidem inferebatur,*

*ne obliti esse viderentur
qua virtute inter Rosas hasce Musis litaverat,
aut in officiosis
in acerbissimum Magni Parentis luctum.*

CULTA ET SCRIPTA

DN. PROFESSORIBUS ET AMICIS.

• \$ (a) •

ROSTOCHII

Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.
Anno M DC LVIII.





Magnifico & Amplissimo Dn. Parenti.

Olim à morbillis Tibi major filius haustus
Adfixit SENIUM, vir venerande, Tuum.
Nunc medius paribus fatis hauritur. Id auget
Adficto lacrymas tristitiasq; tibi.
Tristitiae augmentum sifterur deniq; grande;
Inq; uno centro lætitia omnis erit,
Cum, qui natorum minimus, qui tertius, idem
Dotibus excelleat. Vir venerande, tuis.
Quæso oculis Isai lustrato talia! magnis,
Is, missis, minimum cernit habere decus.

salatii causa scrib.

Johan. Georg. Dorscheus, D

Terra sumus, terram terimus, terraq; tegemur,
Et terrenorum crescit ubiq; fames.
O! homo, disce mori, quid gleba inflata superbis?
Tot juvenum clamant funera, totq; tenum,
Clamat & extremò mala, quâ nunc vivitur, ætas
Effugium nemo, nî resipiscat, habet!

dolens scr.

Hermannus Schuckmann/
Th. D. P. C. A.

EVita ad vitam properas, COTHMANNE, Jucundam;
Merito beatum gratulamur exitum.

Felix

*Felix, qui moreris juvenis! Næ mundus & atas
Damnoſa quævis volvitur per aspera.*

L. M. Q.

Casp. Mauritius, D.
P. P. Superint.

Ad Magnific. Dn. Cancellarium,

COTHMANNUM, I^{CT}UM
defuncti parentem mœſtissimum.

Sperabas ſenij. Vir magne, levamina natos,
Abſtulit at peregrī ſummus utrumq; DEUS;
Hæc igitur firmando tuam ſolatia mentem,
Quod tibi cœleſtis patria reddet eos.

J. Q. D.

ERNESTI de fratre nepos, magniq; JOHANNIS
COTHMANNI ſoboles, ſpes Patriſ ecce jacer!
Quid? jacet in terris alio ſub ſole locatis,
Et datur Hassiaco morte perempta ſolo.
Aſt extra patriam quamvis cadat, atq; supremos
Nofciat amplexus flos, Patriſ, ille, ſui.
Attamen in veram, cœleſtis cura parentis,
Contendit patriam. Patria vera polus.
Hic Patriſ amplexus aeterni ſentit, & inter
Sanctos ter Sanctum poſſidet uſq; DEUM.
O quam felicem Studioſum, quamq; beatum,
Qui venit ad Christi per pia fata ſcholam.

Henricus Rahne J. D.
& Prof.

Heu

Siccine turbatur naturæ cursus & ordo?

O spes fallaces! Scriptio tristis adest,
Nuncia fama refert: Moritur peregrinus, in oris

Hassiacis, iterum filius ante patrem:

Octavus cursum properè jam ceperat annus

Ast omnes nondum præteriere dies,
Cum primogenitum nimia inclemensia mortis

In medio cursu hic abstulit ante diem

Nostra Rhodante suo dum charo civi carere

Se vedit, luctus publica signa dedit:

Quis non hasce vices tristes, Vir Magne, dolebie

Quas iterum imposuit nunc tibi dextra DEI.

Quod nos post redditum læti speravimus omnes,

Recidit ad nihilum, sic pia fata volunt:

Ludit in humanis Domini suprema voluntas

Illius haut nostra est prævalet illa DEI.

Prævaleat merito, verboq; resistere eidem,

Non decet, hautve pium est, nam bona semper erit.

Bella cruenta, nefas, incendia, furta, rapinæ

Grassantur passim, nec pia, justa valent.

Immundo mundo quis non excedere vellet,

Si visum fuerit, complacitumq; DEO.

Colligit ille suos, quibus hujus temporis astus,

Et facti vultus verba nocere queant.

Summa DEI bonitas! onus hoc immisit & ipse

Ferre juvabit idem, ne opprimereris eo.

Hunc haustum calicis, tibi quem nunc porrigit, ille

Edulcare sciet, pro bonitate sua;

Sis mihi, sis patriæq; superstes Nestoris annos,

Incolumisq; bonis omnibus, atq; tuis.

Quibus pl. venerando Dn. sacerero, debitam suam

condolentiam declarat

Albertus Willebrand, J. D. & Prof.

Heh

Heu dolor! occubuit rursum post fata prioris
MAXIME VIR, Gnati, Gnatus non degener alter;
Quam binam sobolem tantum jam mascula virtus
Extulerat, quantum læte succrescere jussit
Flore juventutis, Cothmannum nobile stemma.
O miseram sortem! meritò quæ vulnere cædit
Assiduo pectus. Sed nil luxisse juvabit,
Nec multis opus est justum renovare dolorem:
Hinc ego præ reliquis dum plango, vota precabor:
Ut, VIR SUMME tuum luctum compescat Iova,
Et servet reliquam sobolem per Nestoris annos.

debitæ condolentiae causa scriptit

Heinrich. Rudolf. Redeker/
D. & Prof.

Odolor! ô lachryma! (nam nil nisi flebile restat)
Prob rigidas sortes! &, fera monstra, DÆ!
Siccine nunc iterum Juvenem florentibus annis,
De COTHMANNIACA stirpe tulisti humo.
Nonne satis fuerat primam evertisse columnam,
Altera quin etiam tam subito rueret?
ERNESTUS ò juvenum flos & virtutis ocelle
Nestoris annos vivere digne dies.
Heu sicne in fatis fuit ut nova temporis ætas
Dum redit, & toto frons rediviva solo:
Tu duro inimicis fati compulsus aratro
Occideres tristi contumulandus humo.
Floreas nuper spes deliciosa Parentis,
Flos generis, Patris gloria, dulcis amor.
Invidit mors sœva nimis, spemq; abstulit omne
Illico, & heu! mores nil valuere tui.

Nil

Nil avi brevitatem tamen tibi laudis ademptum
Indole maturus funere acerbus obis.
Te nullus postbac vexat dolor & labor unquam,
Sed perfecta beant gaudia, vera quies.
Hora paroxismis nunquam redditura, nec unquam
Morbilli vita pestis acerba tua.
In gremio CHRISTI cœlestes inter opantes
Æterne lucis tempora latus agis.
Terra tene cineres, teneas anima inclita stellas:
Extrema in corpus mox redditura tuba.

Condolentiae testandæ ergo scribebat

M. Lucas Bacmeisterus,
SS. Theol. Prof.

FILIUS ALTER obit COTHMANNI, gloria Phœbi,
Et procul à patria contumulatur humo.
Quos non in luctus immersum NESTORA credas,
Justitiæ columnæ præsidiumque, PATREM?
Ut patrium pingat vultum, da jussa Timanthi:
Artifices superat, dicit, & iste manus.

Andreas Tscherningius.

Flosculus ut tenui dentorum flamine quassus,
Phœbeis radiis ut rosa tacta perit:
Momento fugiens sic Vita extinguitur; omnes
Dum similes violæ, dum lutum & umbra sumus.
Ille vel in latebris maternæ consitus alvi,
Vita usu, ignarus vita quid? exiit.
Editus etbereas vix alter lucis in oras,
Parcarum immitti falce resectus obit.

Hunc

Hunc cunis dudum recubantem, & suave rubentem
Plorat mœsta parens iam nece pallidulum.
Hic pubescentis cadit ipso in flore juventæ,
Rari, quos annis invida Parca gravat.
O hominum variæ sortes! O lubrica vita
Spes! que maxime ubi splendet, ut umbra fugit.
O mea Giessa! solo hæc TE, mi Cothmannæ, subegit?
Cui seros annos ex animo petii.
Hæc quum percepit, stertit mens, faucibus hastit
Vox mea, quin salsis fletibus ora madent.
Durum: sed levius reddit patientia, quicquid
Divina in melius vertere fata vetant.
Felices animas: quas irrevocabilis hora
Epecat! in mundo regnat ubiq; DOLOR.

Tunc evanescere scripsit

M. Jacobus Tydæus, Pruss.



ed 49
Lafka

Siccine turbatur naturæ cursus & ordo
 O spes fallaces ! Scriptio tristis ad
 Nuncia fama refert : Moritur peregrinus.
 Hassiacis, iterum filius ante patrem
 Octavus cursum properè jam ceperat annos
 Ast omnes nondum præteriere dicunt
 Cum primogenitum nimia inclemensiam
 In medio cursu hic abstulit ante diem
 Nostra Rhodante suo dum charo cive, caro
 Se vidit, luctus publica signa dedit
 Quis non hasce vices tristes , Vir Magne,
 Quas iterum imposuit nunc tibi deus
 Quod nos post redditum læti speravimus oportet
 Recidit ad nihilum, sic pia fatigata voluntate
 Ludit in humanis Domini suprema voluntate
 Illius haut nostra est prævalet illa
 Prævaleat merito, verboq; resistere eidem
 Non decet, hautve pium est, nam bene
 Bella cruenta, nefas, incendia, furtæ, rapinae
 Grassantur passim, nec pia, justa valet
 immundo mundo quis non excedere vellit
 Si visum fuerit, complacitumq; DEI
 Colligit ille suos, quibus hujus temporis auctor
 Et facti vultus verba nocere queant.
Summa DEI bonitas! onus hoc immisit &
 Ferre juvabit idem, ne opprimere
 Hunc haustum calicis, tibi quem nunc posse
 Edulcare sciet, pro bonitate sua;
 Sis mihi, sis patriæq; superistes Nestoris anno
 Incolumisq; bonis omnibus, atq; tibi
 Quibus pl. venerando Dn. saceroto, debet
 condoleniam declarare.

Albertus Willebrand

